

prærogativas, si tales erant, et ejus missio erat tam elevata et sublimis, et illae solus Mariae erat similis, cur sicut Maria non conceptionem absque peccato haberet? ad quid Deus vocabat eum ad sublimissimum mysterium, ad intimam cum spiritibus angelicis communicationem et quod magis est ad Sacrae Familiae essendum Patriarcha, et vixit, ut dicit Alapide, angelorum vitam, coelum in terra si ille superior et Pater illius coeli esset maculatus et corruptus a peccato? Perspecta Dei benignitas, propter amorem his factis manifestum ad S. Josephum ratio nequit dubitare quod dederit ei altas gratias, dona sublimiora et dona solus Mariae similia, et possumus recte credere quod a peccato originali Deus illum excusavit.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Electi fuerunt ut de eis particularissime dici possit.\*Ego dixi Dei estis, et filii excelsi omnes. ¶ Joseph divinus fuit, sed divinior Maria etiam fuit initio sui esse. Ego....

### LECTIO III.

*Virginem despensatam viro, cui nomen  
—erat Joseph.—*

Vere Maria Virgo, D. Joseph Sponsa fuit. Nemo dubitare potest certitudine matrimonii Mariae cum S. Josepho et quamvis vere est quod in superioribus christianorum temporibus et in ejus primis diebus, aliqui celebres scriptores judicarunt ut in Verbi incarnatione tempore solus erant in Maria et Josepho sponsalia ut Verbis futuri matrimonii, amplexas iudicium hoc S. Hilarius S. Basilius et Origenes, qui nobiscum substinent, cum aliis minores auctoritate

et non magno pretio hanc opinionem, tamen nos, quia D. S. Josephi matrimonium est tam sublimi momenti, et specialiter sancti sanctitatem significat, perfectionem ejus, simillitudinem ad Mariam et consequenter dona similia et gratias quas libenter Dominus eis concesit, quod in ecclesiasticis scriptoribus invenitur exponemus, ad propositionem nostram confirmare, et quod deducere possimus ex ipsa Sacra Scriptura videntes et semper praeoculis habentes celeberrimos et certiores interpretes.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Almis parentibus Christi tribuentur divina nomina.\*Divinus Joseph divinis donis ornatur. ¶ Sed divina Maria majora illa accepit quia in sole posuit tabernaculum suum. Divinus....

### —DIA 14 DE NOVIEMBRE.—

#### LECTIO I.

#### —EX DOCTORIBUS.—

Veritas nominis mansit in Virgine Maria.—Jacob de V.—Nec cedebat in injuriam, et in dedecus Domini, quod filius putaretur Joseph, cuius sanctitas cunctis esset conspicua.—Georg. Bar.—Quo signo, quoque miraculo de divina ipsius electione constiterit, hic tacendum esse arbitramur.—Card. Cam.—Quia caput erat Joseph.—Rup.—Hyerosolimis factam virginis et Josephi despunctionem.—Canisius.—Tu Virgo Maria capite isto Josepho indignam te iudicasti.—Rup.—Vidi Jerusalem novam, id est, Virginem Mariam, quasi Sponsam ornatam viro suo Josepho.—Canisius.—Beatissima Virgo Maria fuit in mundo, sed cognita soli Deo et Josepho.—S. Brin.

Plissima

— Ille idem Angelus qui missus est ad Mariam, creditur missus ad Joseph.—*D. Thom.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Felix noster potentissimus Joseph in qua mensa.\* Tam frequenter assedit ac ministrayit Christus Jesus. ¶ Et cum quo triginta annis tam dulciter, humiliter, conversatus est. Tam....

### LECTIO II.

*Virginem despensatam viro cui nomen erat Joseph.*

S. August. cujus opiniones sunt magni momenti in Ecclesia, adversus Fautum scribens, dicit; S. Josephum esse et semper Mariæ vere Sponsum fuisse, non cuncubitu sed affectu; quod est carum animorum. Et in Sacrae Bibliæ interpretatione hujus transiti videtur, quod dicit ut si dicitur Sponsus, non significat hoc, quod D. S. Joseph unitus cum Maria fuerit per sola sponsalia, verbum enim, Sponsus, eodem modo in superioribus quam in nostris temporibus accipitur, id est, per maritum. Certe, non miramur audiendi dicere: Quis est Mariæ Sponsus, et hoc dicitur quum jam filios habent et longos matrimonii annos: potens dicere et credere quod Evangelium dicens hujusmodi, votum amborum Sponsorum non habentium carnalem unionem colit; sed semper virgines fuerunt per integritatem qua curarunt suam castitatem. Maria Virgo Sponsa, et S. Joseph ejus Sponsus et maritus etiam Virgo. Cornelius Alapis exponit, quod non solum foveat nostram sententiam, sed etiam amplius statuit propositionem: Verum fuit, ait ille, matrimonium inter Joseph et B. Virginem; et magni momenti adducit probationem. Juxta sen-

sum Theologorum et Juris peritorum matrimonium facit, non copula sed consensus, quapropter D. Augustinus dicit nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, potens dici consequenter, quod si S. Joseph et Mariam habuissent copulam, non peccavissent, nisi adversum votum; et Sanctus, tres in virginali matrimonio notat conditiones: 1<sup>a</sup> Ut nulus ex conjugis contrahere potest novum matrimonium. 2<sup>a</sup> Ut quamvis per votum peccetur, non autem adversus sextum præceptum decalogi; et 3<sup>a</sup> Ut proles quamvis opus sit Spiritus Sancti, tamquam legitima amborum habetur.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Plena fuit transformatio Josephi cum Deo.\* Sed transformatio fuit in Maria plenissima. ¶ Etiam plenissima assimilatio divinæ sapientiæ et bonitatis. Sed....

### LECTIO III.

*Virginem despensatam viro cui nomen erat Joseph.*

Pater Suarez ait quod non solum fuit matrimonium, sed licitum et sanctissimum et verum. Verum quia essentia matrimonii in mutuo consensu est corporum traditionis quamvis nunquam ad actum feratur. Licitum quia voluit Maria Virgo, quamvis cum servandi votum intentione ut et ipse Sanctus; et Sanctus quia S. Joseph per hoc, famam Mariae custodivit, curavit et aluit Jesum. S. Thom ait, Mariam Mater fuisse Christi, quia despensata fuit et accipiens Sponsæ nomen, sicut mulieris duetæ a viro. Ergo D. S. Joseph vere, legalis Christi virginalis Pater et Mariæ Sponsus, et consequenter privilegia ha-

buit et dotes quas exigunt æqualitatis conditiones procuratas semper in omni matrimonio.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph et Maria\* Exempla dederunt Sponsis egregia. ¶ Quia illis despensati fuerunt secundum Deum. Exempla....

### —DIA 15 DE NOVIEMBRE.—

#### LECTIO I.

##### —EX DOCTORIBUS.—

Videntur mihi obedientia et amor in Josepho instar alarum duarum.—Cart.—Joseph virtutibus illis, velut quibusdam velis, Spiritus Sancti vento commolis, fieri non potuit qui curreret, et volaret ad perficiendum divinum mandatum.—Cart.—Sane Santissimus Joseph exacte adeo divinæ fussioni in omnibus semper obsecundavit.—Cart.—Divina cogitatione munitus, Sanctus Joseph continuo divino præcepto optemperavit; ac difficilem illam in Ægyptum mutationem eadem nocte sustinere cœpit.—Cart.—Sanctus Joseph cum primum agnovit divinum mandatum de fuga in Ægyptum, protinus eadem nocte absque ulla mora perrexit in Ægyptum, adducens secum Matrem et puerum Jesum.—Cart.—Tota beata Trinitas, quæsivit Josephum sibi. Pater illum quæsivit, ut nutriendum traderet ei filium suum. Filius eum quæsivit, in Patrem suum legalem, ac Matris suae Sponsum, Spiritus Sanctus tandem illum quæsivit sibi, hoc est, ut per illum majorem honorem, et nominis sui gloriam apud homines sibi

conciliaret.—Cart.—Merito post Josephum Virum Mariæ, Spiritus Dei Sanctus nominatur.—Cart.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph qui adversum diabolum.\* Filium Dei infantem et puerum plurimamente protexit. ¶ Vos etiam Josephinos singulariter et efficacissime defendit. Filium....

#### LECTIO II.

*Virginem despensatam viro cui nomen erat Joseph.*

Præterea, nullus scriptor etiam ex nostris contrariis et in sentiendi modo adversariis, capax erit si interrogaretur hodie. Potuit Maria abire cum altero homine adjungendum se per matrimonium? Absque vacillatione in puncto negative respondet:—"Non."

—Ergo revera fuit rectum matrimonium et verum, quod altero novo impedimentum erat—Ego et Pater tuus dolentes,..... ait Evangelium. Cur Maria vocat Pater Jesus Josephum nisi per matrimonium quod cum illa habebat?—Joseph autem vir ejus..... Evangelium Josephum vocat vir ejus, id est ejus maritus quamvis sit virgo. Ascendit autem Joseph a Galilea,..... ut profiteretur cum Maria despensata sibi, uxore prægnante, Sponsa ejus mulier sua dicit Evangelium, quæ testimonia donant nobis, essendi verum matrimonium quod fuit primum et ab initio in D. S. Josepho et Maria, rectam et magnam probationem.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph et Maria omnibus misericordiae sinum aperuerunt.\* Æger curationem, tristis consolationem,

peccator veniam, justus gratiam. ¶ Ut de illo accipiant universe. Eger....

## LECTIO III.

*Virginem despensatam viro cui nomen erat Joseph.*

Christi, præterea, habemus genealogiam per Joseph, non autem per Mariam, et propter Josephum Jesus hæreditat Judæ thronum, ergo si sicut filius hæreditat, Joseph habere debet Patris jura, et solum advenire ei possunt per jura quae matrimonium cum Maria ei afferebant, quoniam Jesus de Maria natus est per Spiritus Sancti opus, alias vero enim, signari nequerit Jesu Christi genealogiam per S. Josephum, si fieret et esset absque jure legali quod materialiter, et injuriosum ipso Jesu Christo esset. Si enim traditionem et historiam configimus, quæ non potueramus testimonia aducere? Sæculum unum transit et alterum venit, proles suscedunt et ipsa fides quæ fuit in christianismi infantia, nunc sæcula translata habemus uno de viginti, et idiomatarum diversitas, locorum distantia, mores et usus diversorum populorum nihil obstans, hæc veritas fuit, absque interruptione aliqua, admissa et nusquam de ipsa Ecclesia aliquid dixit. Historiatores omnia temporum et qui de D. Josepho occupati sunt, semper aliquid, ex matrimonio ejus cum Maria, narrarunt. Possimus absque dubio ut in Joseph et Maria fuit verum matrimonium ab instantे in quo invicem acceptarunt sibi, essendo Maria virginalis Mater Jesus et Joseph virginalis Pater Jesus efformans tres Sacram Familiam spectans ad hypostaticum ordinem, et singulis prærogativis fruens quas alter Sanctus non habuit neque fuit.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Joseph et Maria electi fuerunt ut post Christum Dominum essent\* Lux et illuminatrix. ¶ Sed lux cum candore lucis æternæ et speculum sine macula. Lux....

## —DIA 16 DE NOVIEMBRE.—

## LECTIO I.

## —EX DOCTORIBUS.—

Nullum autem matrimonium mundius excogitari potest, quam quod Spiritus Sanctus fuit inter Josephum et Mariam, cum ambo Virgines ex voto et virginitatis cultores semper fuerunt.—Cart.—Quid prius ac sanctus apprehendere valuit, quam stupendum incarnationis mysterium in utero Sponsæ Josephi celebratum?—Cart.—Ad hunc ergo modum Dominus selegit sibi Josephum, secrevit, et separavit illum a reliquis tanquam propriam sui possessionem.—Cart—Joseph tanquam adeps sacrificium fuit adipis, totus Deo consecratus, totus mente, et corpore Deo dedicatus, totus ardentí Dei amore combustus.—Cart.—Divus Joseph tanta virtute et potentia viguerit, ut supra omnipotentem dominaretur eo dominio, quod superiorem debet super inferiores; hac de causa Evangelista aiebat: Jesus subditus erat illi.—Cart.—Cum Joseph amore conjugali, mansuetudine, liberalitate et continentia insignis valde esset; castissimo amore Virginem prosequebatur; amore amicitiae ardenter eam diligebat et castissimo amore prosequebatur, merito beata Virgo malo arbore, quæ omnium istorum umbram præcepit illum comparavit.—Cart.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quia noster Joseph plurima passus est fugiens Herodis persecutionem.\* Hac de causa singulariter omnium nostrorum. ¶ Protecter iter agentibus et loca periculosa per obedientiam peragrandibus semper erit. Hac....

### LECTIO II.

*Angelus apparuit Joseph.... dicens, surge et accipe puer et Matrem ejus.*

I Unde videmus S. Josephum dirigi per Angeli ministerium directo, quia sicut dicit Tostatus: Erat vir ejus, erat maritus et ad suum imperium se movere debebat. Rationaliter judicamus fieri Deo et Mariæ offensam magnam, supponens quod illum ipsum Dominum puritatis et sanctitatis fons ad cuius vocem mutescet mar et in cœlo per suam voluntatem venturstellæ, et mulierem illam absque peccato conceptam divinitas subjiceret, ut illos custodiasset et alimentum præveret et illi obdiren̄t, viro peccate subjecto, et repugnat quod Deus tam puræ familiæ faceret, membrum, absque conditions quas in illa supponere debemus! Credendum est Deum collocare S. Josephum non solum super omnes homines; sed etiam Mariæ participantem conditions circa originalem peccatum, quia credendum non est quod vitam Jesus posuerit in militis manibus, qui fuit subiectus et servus, ipsius filii inimici.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tum Joseph, tum triplici candore refulcerunt.\* Candore virginalis innocentiae et conversationis honestissimæ. ¶ Atque candore divinalis Sapientie. Candore....

### LECTIO III

*Joseph autem vir ejus cum esset justus.*

Cum S. Joseph sit, Dei ipsius qui erroris expers est testimonio, justus; nihil nobis est dicendum perpendiculariter neque qualis erit hujus S. vitæ finis, et ad quod gradum perveniet sublimissimum sanctitatis et perfectionis; unitus enim ad Jesum et Mariam, sanctitatis fontes, S. Joseph magis quam coeteri mortales de illa participavit; quapropter sufficiente ratione et justitia R. P. Suarez dicit perfectiorem gratiam esse asecutum quam Joanne Baptista, quia excellentius manus habuisse, et Gerson, de cuius testimoniorum postea tractabimus, etiam idem asserit, poterimus immediate videre sanctificationem in utero materno S. Josephi, enim absurdum erit fratrum cogitari alii cui Sancto inferiori ut S. Joanne data ei erat gratiam talem, et non S. Joseph quoniam S. Joseph fuit superior Joanni in categoria sociale, S. Joseph de Regibus procedebat; fuit superior in ejus missione, enim S. Joannis habuit gratiam prædicare adventum Christi et S. Joseph fuit Pater ejus putativus, et loquens humane, habere eum præceptibus suis subiectum; fuit superior quia si certum est, S. Joannem sanctificatus fuit in utero S. Elizabeth; sed hoc non excusavit eum pertineadi communis omni filiorum generi Adami; quum S. Joseph autem cuja virtute S. Joanne superavit, pertinuit enim sublimissimæ categoriæ Sacrae Familiæ, id est, ordini hypostatico.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tum Maria, tum Joseph electi fuerunt.\* Ut in eis magnificentiam divinam operaretur Deus. ¶ Ele-

vata est magnificantia vestra super coelos et terram.  
Ut in....

## —DIA 17 DE NOVIEMBRE.—

## LECTIO I.

## —EX DOCTORIBUS.—

Placuit tamen Deo, cui facile est humilem Josephum ita exaltare, ut non solum in sua genitricis Sponsum; sed et in sua infantiæ nutritium ac protectorem eligeret.—*Cart.*—Invenit Deus gemmam pretiosam hoc est, justum Josephum cuius meritum præterire non poterit illum elegit, ut Matris suae esset Sponsus et sibi nutritius et custos.—*Cart.*—Deus voluit animam Josephi acerbo dolore confidere, ut manifestum fierit tam sanctis angelis, quam nobis hominibus, de seipso quod esset justus, et talis quod digne sic deberet appellari.—*Rup.*—Hanc præ excellentem Josephi sanctitatem ex maiore conjunctione, quam habuit cum Jesu, revera colligitur.—*Rup.*—Supremus gradus schalae Jacobi, cui Dominus innixus est, iste est beatus Joseph vir Mariae de qua natus est Christus.—*Rup.*—Joseph Virginem alias, magno ac optimo jure, quae templo corporis Christi ædificavit, ædificatur illius, ac Pater Christi appellari mereretur.—*Cart.*—Josephum putari Christi genitorem, et accommodatissimum sane medium ad id esset, similem vultu reddere.—*Cart.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Omnes Josephini periculose instituentur profectiones.\* Ad Sanctum Josephum committere debent. ¶ Et ex illo committatu, tutelam et intercessionem petere et fideliter sperare. Ad....

## LECTIO II.

*Joseph autem vir ejus cum esset justus.*

Non enim credimus necessarium esse hoc narrare privilegium, quod S. Joseph non solum habuit sed debuit habere ad suae familiae majorem honorem et ipsae ejus cathegoriae. Cum esset justus, id est, cum esset perfectus; justitia ubi existit omnem excludit mendum, omnem imperfectionem, et animadvertisendum est quod Sacra Scriptura dicens hunc textum utitur non praesenti, sed gerundio, et quare causa? quia praesens actualitatem indicat absque temporis relatione translati, et perpendens tantum actualem momentum emittendi conceptum et attendens, quum gerundium significationem ejus ideæ amplexum est, tempus translatum, et ita est significatio ejus, ut habitum contractum indicat a subjecto de quo loquitur aut cui refertur expresio et iste est sensus Bibliæ Sacrae interpretatum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tot et tam prætiosa dona Deus humillimis parentibus Christi.\* Donavit absque mensura. ¶ Fluminis enim impetus laetificat civitatem Dei, et sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.—Donavit absque....

## LECTIO III.

*Joseph autem vir ejus cum esset justus.*

Cum in nostrum negotiorum expresione aliquis dicit: Petrus furtum fecit, et alter contestatur; cum esset decus, possumus dubitare hoc, indicat, in dici modo, quod Petrus nunquam fuit dedecus, id est, ut omnes actos suos commitebat honor. Et sic Evangelii expresio, Joseph cum esset justus, idem est ac

dicere. quod Sanctus Joseph antea ejus matrimonium cum Maria semper commitatus fuit a justitia et nunquam in Dei adversitate fuit. Nunc possumus dicere: cum peccato, in Dei gratia nequitur esse et amicitia; Atqui S. Joseph secundum Evangelium semper fuit justus semper haec justitia amicitiam Dei procuravit sibi et gratiam ejus; Ergo S. Joseph nunquam peccatum habuit, sed existit, et fidei est existere peccatum originale; Ego si Joseph fuit semper justus, et haec justitia, amicitiam Dei semper sibi procuravit, non peccatum habuit originale; Ergo fuit in gratia conceptus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Omnipotens Deus non contracta potentia, sed facit hoc extenso braquo.\* Ad Josephum et Mariam perfectissime exornandos. ¶ Revera usus est.—Ad Josephum....

### —DIA 18 DE NOVIEMBRE.—

#### LECTIO I.

##### —EX DOCTORIBUS.—

Credendum est divino consilio in hoc ut vultus Jesu, similis esset Josepho qui ejus Pater putabatur.—Cart.—Sanctus Joseph in præmium victoriæ immunis illius tribulationis, meruit firmissima columna fieri, cui niteretur Maria, quæ vivum tempulum summi Dei erat.—Cart.—Arbitrior obtinisse Josephum reliquos omnes sanctos, longo intervallo cœlestibus gloriæ muneribus antecellat.—Cart. Joseph nutrit et aliuit puerum Jesum, vitæ ejus principium se exhibuit, et omnium spirituum vitium qui per varias ejus corporis arterias diffunde-

batur.—Cart.—Ecce Joseph: in fletu Jesu solarium; in labore, requies; in æstu tempesties.—Cart—Ex vita Josephi et in laudem divi Josephi facile colligitur; Cor Josephi divina erat sciens, humana sciens; Cor Josephi, amplum per spem; Cor Josephi divinae voluntate obediens paratissimum; Cor Josephi in calmo tribulationis probatum.—Cart.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Cum devotioni divine Josephi revera dicere poterimus.\* Nunc scio vere Josephum, Mariam et Iesum. ¶ Fuisse et mihi socios et consolatores et ducatores. Nunc....

#### LECTIO II.

*Joseph autem vir ejus cum esset justus.*

Objici poterit, verba haec, cum esset justus, referre ad sancti vitam et vita moralis individui incipit cum pervenit ad rationis usum et cum capax peccati est, ergo nequimus dicere, quod cum sit justus, conceputus fuisset in gratia. Ad contestandum hanc objectionem, bene est recordare ut Virginis SS. dictum fuit gratia plena, ab angelo merens haec libentissima Mater ut per hanc expressionem, fidei declaretur ejus immaculata conceptionis, possumus enim dicere; ei dicitur: gratia plena es Maria, et arguendo cum S. Josephi objectione, fuit gratia plenus; sed quando habuit rationis usum, quando principium habuit existentia ejus moralis, et dum fuit cognitio; quod est absurdum et haereticum. Maria quia plena fuit gratia meruit ut concederetur ei privilegium ejus immaculatae conceptionis; Ergo quoniam plenus fuit justitia Joseph et haec justitia plenam supponet Dei amicitiam et Dei amicitia, et amicitia sanctam,

et sanctitas perfectionem, ille quamvis in inferiore gradu, meruit quod Maria in conceptione ejus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si non est abbreviata manus Domini cum suis parentibus Maria et Josepho.\* Sed longissime dilata ta et extensa ⁊ Ergo ambos esse sine labe originali conceptos, fideliter dicere debemus. Sed....

### LECTIO III.

*Joseph autem vir ejus cum esset justus.*

Praeterea et in superioris objectionis contestatione respondi potest interrogans: Cur permisit Deus ut in tanti momenti negotio, habitum cum humanitate, permisit ut esse impurum et inimicum ejus representarat ipsum? Cur eum elevavit a peccati immunditia, et liveravit a daemonis catenis ut membrum esset Sacrae Familiae hypostaticum, et singularis Familiae? Cur confidit et posuit in potestate illius mortalis, suum proprium filium, et priorem creaturarum, Maria quae delicias Æterni constituit? An ratio non nobis dicit Deo repugnare sapienti et justo eligere malum et immundum ad officia implenda puriora et delicatiora et diviniora?

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph et Maria ut domus Verbi incarnati.\* De lapidibus dotatis atque perfectis aedificata est. ⁊ Et peccati originalis non est auditus in domo ut aedificetur. De....

### —DIA 19 DE NOVIEMBRE.—

#### LECTIO I.

##### —EX DOCTORIBUS.—

Cui Jesu, per singulas horas Joseph adstabat.—*Torres*—Quod Deus negavit angelis, hoc concessit homini Josepho, cui impares sunt angeli.—*Pise*.—Fastigio sanctitatis angelos ipsos Joseph est antecedens.—*Pise*.—Deus ignes consumens, Josephum majore amore afficit, quam ipsos angelos quia Josephus proprietor fuit.—*Pise*.—Et autem Maria superchoros angelorum per gratiam et gloriam sublimata, quale de ipso Joseph negare non audebat; erunt igitur in ambobus perfectionis coeterarum creaturarum etiam angelicarum eminenti quodammodo reperibles.—*Ger*.—Noster Sanctissimus Joseph est revera primus in gloria Dei Patris, primus in sanctitate et primus etiam inter omnes sanctos et angelos.—*Barzia*.—Post Jesum et Mariam primus et maximus fuit noster divinus Joseph in ordine ad gratiam et gloriam.—*Barzia*.—Ita Jesus Patrem suum Josephum honoravit, ut sit de facto super omnes homines et angelos.—*Fr Joseph*.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Eia filoli mei, maximum habemus auxilium in omnibus necessitatibus nostris.\* Potentissimum Josephi patrocinium. ⁊ A periculis imminentibus libera nos semper. Potentissimum....

#### LECTIO II.

*Joseph vir ejus cum esset justus.*

Mihi dicetis secundam texti partem implicare aliquod in S. Josepho defectum, dicit enim quod

cogitavit dimittere eam quia S. non intelligebat quod ibi accidebat. Sed in hoc specialissime monstratur nobis una ex sublimioribus sancti virtutibus, et juxta mysticos et aeticos fundamentum perfectionis christiana, humilitas. S. Josepho incognitae non erant altae virtutes Mariae, et intellexit quomodo erat in promissione Messiae quam habebat populus judaeus; confundebatur et neque cogitare conabatur Mariam esse culpabilem, neque supponi illum esse Patrem putativum illius Messiae desiderati. Videns Joseph ait Cornelius Alapis Virginem grayidam varias sentiebat emosiones in anima sua et sic ratiocinabat: Scio hanc Virginem esse Sanctissimam et non credo quod deesset fidem quam dedit mihi, tamen grava est, et scio quod non ex me, ex quo? nescio. An dormiens a Spiritu quodam illusa? an potius quod ejus sanctitas suadet ab angelo vel Deo ipso impraegnata? Si ita est dicebat S. indignus sum illae et dimittam eam, "resignabor et a me dimittam," profunda humilitas faciebat se conciderare indignum vivendi cum Maria; quia aliter judicare necesse erat nobis supponere in S. Josepho turpissimam passionem zelorum, aut suspicionem ferentem semper aliquam imperfectionem, et scimus S. Josephum semper fuisse justum, non peccavit et consequenter profunda ejus humilitas quae movebat eum. Quomodo, ait S. Hyerorimus, Joseph cum crimen celaret uxor, justus scribitur? Ergo textus inserviens ut paragraphus hujus capititis demonstrat sanctitatem et Josephi justitiam positam in suam humilitatem. Ergo possumus concludere quod si Maria quia fuit gratia plena fuit immaculata, non repugnat, Josephum quia fuit jus

titia plenus eamdem de coelo habuisse gratiam, ut conceptus esse immaculatus, absque originali peccato.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non solum Maria sed etiam Joseph ante divini Verbi incarnationem.\* A tota beatissima Trinitate praeparabantur. ¶ Per originalis peccati præservationem ut esset sine labe originali concepti.—A tota....

### LECTIO III.

*Noli timere accipere Mariam.*

Quamvis adversarii glorias Josephi, possint concludere ex textu a nobis acceptu, dicens; Ergo Joseph habuit timorem essendi cum Maria grava, eum propter statum ejus legitime merebat poenam ignominiosae mortis ergo celi in eo fuerunt, et per consequens erat aliquid imperfectionis, quamvis jam vidimus humilitatem in Sancto qui talia generabat desideria; et quoniam texti objectum erat solum confirmare in D. Josepho quod jam praessumebat et praesentiebat; statim notans Dei providentiam Nostri Domini erga S. Josephum; potens alio medio requiesci et facere conscientium eum Deus per Mariam quae jam sciebat, incarnationis mysterium, tamen Deus voluit accipere angelum ut semper, cum ad revelandum habebat aliquid S. Josepho et Mariae SS., et haec communicatio quam Deus inter Sacram Familiam et spiritus coelestiales et angelicos, nobis ab instante indicant, cathegoriam esse magis ac superiorem omnium mortalium et eorum qui meruerunt magis attentiones Dei constituens ad modum

Piissima

nuntiorum inter coelum et Sacram Familiam Josephi, spiritus angelicos et coelestiales.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Almi parentes Christi possunt excellenter asserere.\* Quod ait Scriptura. V In omnibus requiem quaesivi, in haereditate Domini morabor, et civitate sanctificata similiter requievi. Quod....

### —DIA 20 DE NOVIEMBRE.—

#### LECTIO I.

##### —EX DOCTORIBUS.—

Cor Josephi in omni gravi pressura constitutum semper divinitus consolatum; Cor Josephi flammis divini amoris exustum; Cor Josephi liquefactum per compassionem; Cor Josephi munditiæ amantis simum.—*Cart.*—Ecce jam evangelicam vitam in Ægypto prædictit auctere infante Jesu, cum Maria et Joseph sociis illius perfectissimi status evangelici.—*Cart.*—Christus Dominus fuit in Ægypto fundator Ecclesiae primus, simul cum Maria et Joseph sociis fugæ et peregrinationis suæ.—*Cart.*—Cum in Ægyptum intrarunt Christus, Virgo et Joseph, omnia idola ipsius provintiæ corruerunt, sicut per Isaiam fuerat prophetarum.—*Bonav.*—Certissimum est beatum Josephum cum Sacra Familia, tamdiu in Ægypto habitasse, quam diu de reditu in Iudeam non fuit monitus ab angelo.—*Cart.*—Gavissimi auctores constanter affirmant beatum Josephum fuisse sanctificatum in utero materno, unde ei licere licuit. In te confirmatus tum ex utero de ventre Matris meæ.—*Ger.*—Joseph confirmatus fuit

in gratia.—*Ger.*—Nomen Josepb ei divinitus et peculiariter ei providentia contingit.—*Alb. M.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nostrum Josephinum Institutum, plures a præcipicio destructionis creptum.\* Semper Patri Josepho dicere debet. V Ipse liberavit me a laqueo venantium et in tuto me collocavit. Semper....

#### LECTIO II.

##### *Noli timere accipere Mariam.*

Nemo negabit, quod si Maria poterat instruere D. S. Josephum in eo quod acciderat non erat necessarium sed ei dicturus erat angelus hoc; ita Deus determinat quia eodem modo ac cum de Maria petitur concensum ad incarnationem, S. Josepho communitatur ob angelum altissimum mysterium. B. Agreda narrando hoc factum ait quod S. D. Joseph cum haberet evidentiam miraculosæ gravitatis Mariæ nolebat, cam videre propter humilitatem profundissimam, et quod Virgo in oratione posita Deum oravit et obtinuit gratiam ut S. Joseph subjiceretur ad ab ea accipiendo attentiones quas ei offerebat sollicita ut ejus Sponsa et ut hujusmodi familie Patriarcha cujus erat legitime Pater, de Maria acceptans domestica cura et faciens omnia domus jura et officia et S. Joseph provens omne quod necessarium videbatur ad amborum vestes et alimenta.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph et Maria opus sunt admirabile.\* Omnia in eis grandia, omnia magna, omnia admirabilia. V Conceptionem Nativitatem, vitam, mortem gloriam et potentissimum Patrecinium. Omnia....